UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Locorvm Commvnivm Religionis Christianæ Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 4. Concedendum ne est, quod se Deus genuerit?

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256

Visual Library

Aug. lib. 10. de Trini. c. 2. Veruntamen & in his oportet fidem ſuffragari: & imagines illæ multum imperfectè diuinam repreſentant Trinitatem.

Caput 4.

Concedendum'ne eſt, quod ſe Deus genuerit?

ILla quidem vera eſt & concedenda, Deus genuit Deum: Non autem illa, Deus genuit ſe Deum, vel alium Deum. Ex ea enim ſequeretur, idem generaſſe ſeipſum, vel plures eſſe Deos: quod vtrunque falſum eſt. Neque ſecunda ſequitur ad primam, ſed quòd genuerit filium, aut alium in perſona.

Aug. li. 1 cap. 1.

Aug. ad Max. epi. 66.

Illa ergo, Deus pater genuit Deũ, qui non eſt Deus pater, id eſt, filium, qui non eſt pater, qui Deus eſt, vera eſt, cùm ſolam alteram ſignificet perſonam. Si verò exponatur, qui nõ eſt idem Deus, cum Deo patre, falſa eſt, quia in ea diuerſa notatur eſſentia.

1. Tim. 6. Tres igitur perſonæ ſunt, vna deitas. Et vnus Deus eſt, tres perſonę. Et vnus Deus ipſa trinitas. Et vna ſubſtantia, tres perſonæ. Et contrà, Trinitas eſt vnus Deus, & tres perſonæ dicuntur eſſe vna eſſentia.

Caput